

probationem in contrarium, ex qua ratione & bene (cum Mascardo per eum citato) inferi à ratione cessant. **8** Sic Farin. ubi proxime num. 125. quod in omnibus, in quibus præsumptio juris & de jure recipit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus rati præsumptione appellare potest: quales si sint casus, in quibus præsumptio juris & de jure admittat, probationem in contrarium, vide exactissime Menoch. de **8** præsumpt. d. lib. 1. q. 61. cum pluribus seqq. ubi etiam, quae **8** sunt præsumptiones juris & de jure; condemnatus autem sola juris præsumptione non prohibetur appellari, quia semper admittit probationem in contrarium. Ita Menoch. d. q. 76. in fin.

CAPUT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatibile vacasse, mandanteque providere persona idonea; appellationi interposita, an judex Ecclesiasticus vim faciet, non defens, procedensque ejus ad executionem,

SUMMARIUM.

- 1** Declaratoria sententia, aliquem incidisse in genere ipso jure impositam, en sit necessaria.
- 2** Clericus privatus beneficio ipso jure per adiectionem secundi ad declaratoriam sententiam sit necessario citandus.
- 3** A persona per legem ipso jure imposta, licet non sit licita appellatio, tamen à declaratoria aliquem in eam incidere, illam admittit quod utrumque efficiunt.
- 4** Incompatibile beneficium citimus, ob non residentiam an possit de facto spoliari, vel an prius debet citari, & audiiri.
- 5** Incompatibile obtinens sententia en requiratur definitiva, ad privationem, & an appellacioni ab ea deferendum, cernat Senatus Regius auditus per viam violentie.
- 6** Appellationi à sententia declaratoria, beneficium incompatibile vacasse per adiectionem pacifica posse sibi secundi, non ob defensum, verius demonstratur.
- 7** Incompatibile beneficium ipso jure vacans potest liberè ab ordinario conferri absque declaratoria sententia, nec citatione possessoris.
- 8** Posseffor privatus ipso jure, potest alius eligi absque alia sententia privationis.
- 9** Beneficium quando vacat ipso jure per obtentionem secundi non est necesse judicem adire pro sententia declaratoria privationis.
- 10** Incompatibile beneficium quantum ad juris effectum vacans est, & ideo in ejus collatione & provisione nulla requiritur possessoris citatione.
- 11** Posseffor privatus ipso jure per adiectionem secundi incompatibilis si ad collationem de jure vacantis non fuit citatus, tamen posseffo facti, & detentio avocari ab eo non potest, nisi citatione premissa.
- 12** Executer Apostolicus ad tradendum possessionem beneficii vacantis ipso jure proviso tradire non debet, nec à detentore auferenda, nisi ipso prius citato, quando ad ejus provisionem citatus non fuisset.
- 13** Quod extenditur ad omnes, privat omnes ipso jure, non tam posseffo, que est nullus.
- 14** Dominum licet sit amissum, & publicatum ipso jure, non tamen posseffo, que est nullus.
- 15** Notoriè ubi confit, quem esse privatum beneficium ipso jure, vel quando in sententia declaratoria possessor vacatus fuit, aut etiam in collatione vacantis beneficii, ipso jure possesso avocari potest à detentore absque alia citatione.
- 16** Et ita procedunt Doctores indistincte tenentes, posse à

- 16** posseffore primi beneficii incompatibilis amerori, ib.
- 17** Causa cognitio que est adhibenda in tollenda possesso, à detentore ob vacationem ipso jure, debet esse sumaria.
- 18** Beneficium incompatibile cum vacans sit per sententiam legalem, nihil aliud remanet facienda, quam ipsa nudi facti executo.
- 19** Nec tunc ordinarius aliud agit nisi ut juris executor & minister, illam legale sententiā executioni tradit, ib.
- 20** Sententia judicis non debet esse memoris conditionis, quam sententia juris, & quemadmodum ab illius executore non appellatur, ita nec debet appellari ab executori juris.
- 21** Dejectus per judicem in beneficio vacante ipso jure præmissa citatione, non est refutandus.
- 22** Privatus ipso jure si spoliatur à privato (authoritate tamen judicis) refutus non debet, quem excludit exceptio privationis ipso jure.
- 23** Ordinarius liberam facultatem & potestatem habet à jure providendi beneficia incompatibilis vacanta ipso jure per pacificam possessionem secundi.
- 24** Plurima jura canonica ad idem expressa explanantur ibidem appellationem non esse admittendam à judece, cuius facultati seu libero arbitrio aliquid de jure constituitur, omnium receptissima est sententia.
- 25** Libera facultas dici non potest, que ab alio dependet, ibaber.
- 26** (Libere) dictio idem importat quod sine alterius consilio, consensa, interventu, requisitione, seu interventione, ibid.
- 27** (Libere) dictio, ubi apponitur, impedit præceptionem, quia idem importat, quod appellatione & præscriptione non obstante.
- 28** Commissione sententia cum clausula (libere expedienda & determinanda) intelligitur appellatione remota.
- 29** Philip. Franc. declaratur, dum dicit, quod in commissione cum clausula (libere terminanda) possit appellari, ubi iusta causa & ratio appellandi subest.
- 30** Privilegium aut rescriptum Pontificis, quo conceditur aliqui ut causa possit liberè appellare, poterit etiam tertio in ea provocare.
- 31** (Libere) dictio nec jure nec ratione, nec equitate aliqua regulatur.
- 32** Contradiccio ubi à jure sublata est, pariter & appellatio sublata intelligitur.
- 33** (Libere) dictio ubi est apposita, intelligitur sublata omnis contradicatio, & impedimentum.
- 34** Liberam facultatem providens beneficium vacans ipso jure adiectionem secundi cum per jus accipit ordinarius, debet intelligi appellatione non obstante.
- 35** Sine contradictione alium celebrat, qui potest facere libenter.
- 36** Jura loquètia de privatione beneficii vacantis per adiectionem secundi incompatibilis juxta verba quibus utuntur, respiciunt executionem & possessionis avaricationem, prout est verbum (illico, absque more diffendo, &c.) & qua ea fini jura plura explanantur.
- 37** Moram aut dilationem ubi res non recipit, appellatio sublata intelligitur.
- 38** Appellatio sublata intelligitur per verba aequipollentia, 38. (Illico) dictio significat executionem patem, nec requiri aliam condemnationem.
- 39** (Illico) dictio exponitur, id est sine ulla dilatione & significat latam sententiam jure operante.
- 40** (Mox) dictio idem operatur.
- 41** Statutum tollens appellationem, debet esse clarum, non turbidum, cui suape natura sit etiam stricte interpretationis.
- 42** Sicut autem in lege, quia per eam tollitur appellatio etiam per aequipollens.

A rticulus iste perdifficilis est, quem ad partes exanimabo, quorum affirmativam, nempe judicem Ecclesiasticum vim facere, non deferentem appellationi interjecta à posseffore primi beneficii vacantis ipso jure per adiectionem alterius incompatibilis; probatur primò, licet pena imponatur alio ipso jure, requirit sententiam declaratoriam, quem in ipsam incide, que nihilominus est necessaria, Bart. in L. usq. delatorem, per text. ibi, ff. de jure fisci, & Joan. Andr. & alii scribentes, per text. ibi in c. cum secundum leges in §. confirmationis, de hereticis, lib. 6. Joan. Andr. Archidia, Petrus de Anchara, Dominic. & Philip. Franc. in c. 2. de praescript. lib. 6. & in cap. scilicet, §. nullus, de panis, lib. 6. & omnes fecerit scribentes in cap. 1. de homicidio, ead. lib. Cardin. in clem. 1. in princ. annotat. 14. de panis, & Petrus Salgado de Protest. Reg.

378 De Regia Protect. vi oppress. appell.

de Anchār. in cap. cupientes §. quod si per viginti. col. ult. ver. p. s. item collige. de electione lib. 6. ubi ad hoc dicit singulariter text. in d. §. conf. 133.

incipit. satis inadvertenter. colum. 1. vers. ego etiam. & in conjil. 189. incipit. tribus. colum. 1. vers. 2. moreor. Domine. in conf. 42. incipit in nomine. &c. quia revocatur. colum. 1. & Felinus in c. Rodulphus. colum. 24. vers. sed declaratoria sententia de rescript. & in c. cum non ab homine. colum. 4. vers. uirum autem data de se jude. & in c. 2. in princ. de sponsalibus. & in conf. 35. incipit. quidam habens unum filium. colum. ult. & multos & hanc sententiam tenentes refer. & sequitur Alexand. in l. si quis major. colum. penult. C. de transf. & ita tenendum est contra aliquos. quos refert Tiraquell. in l. si unquam. verbo revertatur. n. 398. C. de revocand. donation. resolvit etiam Ojeda de Mendoza in 17. cl. de clericis. & eorum exempli. limit. 4. n. 7.

Et in hac sententia declaratoria citandus est clericus privatus beneficio ipso jure. quia enim de ejus prejudicio tractetur. necelaria est. gl. in clem. praeferit in verb. confessiter. de penit. sequitur Roman. in l. si cui bonis si de verbis. obligation. Panormit. & alii in cap. perverit. 1. de appellat. & Bald. in l. ea que C. commun. utrinque judicii. Batt. in lab. executor. in princ. ff. de appell. Aret. in c. column. 8. vers. verum autem quando pena de judiciis. & in conf. 16. incipit sicut Joannes dixit. colum. 2. in lib. 22. & Martin. Lauden. in addition. ad Bart. in l. Imperator. ff. de jure fisci. & Fehn. in c. Rodulphus. col. ante penult. vers. sed justificat. cum citatur pars. de rescriptis. & Socnos inter consil. Federici senioris. consil. 20. incipit. Domine libia mea aperte. in 4. dubio. ubi inquit de hoc esse text. expressum in cap. parochianos. ubi nota Panormit. & facit clem. dudum. de renuntiat. Tiraquell. ubi supr. n. 404. ergo succedit regula 1. & in majoribus C. de appell. juncto ita. ff. n. 511 novari apparet. pend.

Secundo. quia licet ab ipsa poena. à jure imposita. non sit leita appellatio. tamen à sententia declaratoria aliquem incidit. in illam. h. i. ubi est quod utrumque effectum devolutivum. & suspensivum. plures. quos congerit Navarr. in c. cum contingat 15. causa nullius. fol. mibi 151. plurimos per Bernard. Diaz in regul. 675. & exactè per Gratianum in regul. 35. per totam. ubi de ratione. & in regul. 71. Gutier. consil. 10. n. 16. plures per Bobadillam in politis. lib. 4. cap. 8. n. 258. ergo pariter & in nostro cau. ut illa sententia declaratoria. beneficium vacasse ipso jure. appellacioni a possesso emissa. ut legitime defendendum videtur.

Tertiò magis in terminis videtur hanc partem corroborare. Flores de Mena in practic. question. quæst. 13. num. 26. ubi dicit: quod si ordinarius procedat contra recipientem secundum beneficium. et si non inducens primi privationem ipso jure. & ad ejus privationem ob non residentem. ob incompatibilitatem. non potest ipso facto eum spoliare. & privare. sed prius eum tenet audire. & citare de causa cognoscere. si aliquam defensionem habeat. & sententiam diffinitorum preferre. à qua poterit appellari. allegat glossam in pragmatica sanctione Gallicana titulo de collation. verb. provident. in fin. & alias procedent nulliter. & omni per ipsum judicem facta revocabuntur per viam attentati. nullitatis. & iniusticie. allegat ad id cap. inter quatuor. & cap. ex parte. de cler. non resid. & Abb. & Ojedam de benef. incompatib. c. 18. n. 5. & alios. ac in fin. dicit. quod quando ordinarii non audiunt possessorum. in tribunalibus Regis declaratur vim fieri. Monas

Sed his & aliis non obstantibus. contraria sententia. in modo hujusmodi appellacioni interposita à sententia declaratoria beneficium vacasse obtentionem possessorum pacifica secundi incompatibilis. ita ut nec illius provisionem. & possessorum traditionem. non suspendatur. non deferens ordinarius violentiam nullitate. nos facere. & longè prior est. & de jure probabilior.

unde

Pars III. Cap. VII.

379

unde dicit. lib. 1. Barba. consil. 13. colum. 2. vers. propterea lib. 3. Ruin. consil. 28. n. 8. Bald. consil. 133. in fin. lib. 4. cum alias H. silent in c. sollicitate restitu. spol. Andr. ill. in consti. N. apol. incipit. si v. salutis domino. column. 3. Bald. in l. si maritus quondam. C. de donation. inter vir. & uxorem. & in c. cum in cunctis. de electione. 14. 1. incipit thema hujusmodi col. 2. 2. Lapus alleg. 89. in Dei nomine molier. col. 2. vers. item si forma. & alii. ut per Tiraquell. in l. si unquam. verbo revertatur. n. 383. C. de revoc. dona. Ojeda de benef. incompatib. 1. p. c. 4. n. 8. Flamin. Paris. loco max. citando.

Quod item esse intelligendum in provisione facta à Summo Pontifice hujusmodi beneficij vacantis ipso jure. non facta in ipsa collatione. & provisione. citatio possefessoris. executor ad tractandum possessionem proviso teneatur citare possessorum. latè etiam compr. Flamin. Paris. de resignat. benefic. tit. 2. lib. 11. q. 10. per

33. Feretus consil. 4. num. 4. & consil. 10. num. 10. & extendit etiam ad omnes privationes ipso jure beneficij. secundum gloss. in d. cap. iure Episcopus. verbo te non vacato. in fin.

14. E praefati Doctores rationem reddunt. quoniam licet dominum sit amicum aut publicatum. ad S. eccl. tit. 4. locato. §. unum aliquam q. 4. & idem Bald. consil. 356. lib. 4. & in leg. si quis in tantum. col. pen. C. unde vi. plures alios. plurimaque in comprobationem adducit Tiraq. in d. si unquam. verbo revertatur. n. 383. Ojeda supr. n. 9. & Flamin. n. 11. & licet non defint. qui contrarium tenuerunt. ut etiam abesse citatione possessor possit dei. qui obtinet. quando esset notoriū. quem privatum esse beneficium. aut si possessor vocatus sufficit in sententia declaratoria; vel privativa. aut etiam in collatione ipsius beneficij. nam illis tribus casibus ei potest aucteri possessor beneficij. aliter non vocato. & sine alia causa cognitione. ultra quos superius tradidit doctrina verissima. & certior est. ut videndum plures in comprobationem adducunt ipse Ojeda. ubi supr. sub n. 9. quem vide.

16. Adverte tamen. quod ista causa cognitionis debet esse summaria. ut scriptum reliquit gl. in d. c. licet Episcopus de præb. lib. 6. ver. se non vocato. circa medium. quam referens sequitur Flamin. Parisius loco proxime citato num. 34.

17. Nam cum per sententiam legalem verè vacans sit beneficium. tot constitutionibus & decretis canonici statim referendis. non amplius remanet faciendum quām ipsius executio facti. & ordinarius tunc aliud non agit. quām tanquam juris minister. & executor ipsam debita executioni tradit. & exequitur. ut in simili proposito ex alio consideravit Azeved. in leg. 27. titul. 3. lib. 1. recip. post princ. & nos sup. cap. proximè precedenti exposita probavimus. nec debet esse melioris conditionis sententia judicis. quām sententia juris. & ab executione & executori illius non appellatur. 1. ab executo. ff. de appell. lab. executione. C. queritur appell. non recip. nec ab eo. quod sit secundum legis. & canonis dispositionem. & præceptum. nec à jude. illud exequente. appellationi interjecta deferendum est. tanquam contraria juris. frustratoria. non habens administricum. & fomentum juris. c. consil. el. 3. de appell. c. relatum de cler. non residentib. fin. ff. de appell. recip. & ex his. quae nos exactissimè adduximus. & in unum congregimus. & resolvimus supr. c. præcedent. pluribus ad item datis consil. Doctoribus.

18. Adeò ut ita dejectus à tali beneficio per judicem non sit restitutus. ut inquit gloss. in verbo audience in fin. in c. in nomine Domini 23. de fin. in c. presentiam 7. q. 1. & ibi Archid. circa fin. gloss. in fin. 3. qu. 1. Felin. in c. cum causa de off. deleg. col. 1. Abb. in c. dilectus 1. col. 1. de rescriptis. Abb. in cap. conquerente col. 1. & seqz. de reslit.

spol. & in cap. lices ex suscep. in 4. colum. de fero comp. Felin. in cap. dilectus el. 1. col. 1. de rescript. & in d. causa col. 1. de off. deleg. & in cap. Ecclesia Sancte Marie 13. de consti. & in c. cum ordinem co. 5. Decius in cap. referente col. 1. de prebend. Franc. de rejet. in l. naturaliter §. si nihil comm. n. 92. de acquir. poss. n. 6. cum seqq. & in c. sepe. de reslit. spol. 6. & resolvit multa in propositum adducens Anton. Gabriel. commun. opin. rit. de reslit. spol. consil. 1. num. 10. 8.

19. Idem est in spoliato à privato (authoritate ta. 20. modi judicis) latè. & cum distinctione prosequitur post alios plurimos Ojeda ubi supr. 1. p. c. 4. n. 6. cum seqq. quia ei oblat & excludit & exceptio privationis ipso jure opposita.

Et accipiemus puto hanc doctrinam (licet ipsi Doctores absolutè loquantur) cum temperamento. de quo suprà. ut scilicet. procedat. quando aliquo modo fuit citatus à jude. ut videtur est per Ferreum consil. 10. num. 1. o. vers. alias ill. in conf. 38. prope finem. lib. 3. Bald. consil. 355. in causa prope finem lib. 2. Affilius deci. 361. n. 35. quam & ratione. & autoritate comprobant Menoch. de recip. poss. 8. remedio. n. 50. & 53. quem ad id referens etiam sequitur Flamin. Paris. ut resignatione refut. 1. m. 2. lib. 11. q. 10. n. 23.

Secundò & pro hac mea opinione. scilicet ut ordinarius vim non faciat appellationi non defendo. ab ejus provisione. & possessione traditione beneficij. tanquam incompatibilis ipso jure vacantis. facit; nam omni ferè jura hoc disponent circa provisionem horum beneficiorum. id committunt totum libera facultati. & arbitrio judicis. probat text. in cap. c. in c. cum vero. in finalibus verbis ibi. habent libram facultatem. de electione. text. in eodem cap. in princ. ibi. de illis disponendi libram habeant facultatem: text. in c. de multa. ibi. liberè conferat. cu merito videtur conferendum. & de præb. text. in c. exirpanda. qui vero. ibi. liberè alii conferenda cui velit & possit. & de eodem text. in c. fundamenta. ver. quod si fecit. ibi. liberant habeant potestatem de electione lib. 6. idem probant text. in c. ordinari. de off. ordin. lib. 6. c. nec aptante. de conce. præb. lib. 6. c. 1. §. sacri cod. lib. c. felicis in princ. ver. quia vero. de penit. in 6.

Sed sic est quod licet inter nosfris in variis item est 23. sententias. an licet appellari à jude. cuius arbitrio aliquid relinquit. ut intrà videbimus suo loco. tamen illud est apud omnes receptissimum. ut à jude. cuius facultati. & arbitrio libero aliquid relinquit est à jude. appellationi deferendum non esse. ita docent Innocentius & Holsiensis in c. ultimo de feriis. & Joannes Baptista à Sancto Severino in c. admonendi. n. 265. vers. 1. ff. de jurejuran. Felin. in c. exceptionem. n. 2. in fin. de excepti. n. & in cap. super his n. 8. de accusatio. Ruin. consil. 149. n. 9. lib. 4. ill. in l. 1. prim. n. 6. ff. si quis jus dicen. non obtemper. Covarr. lib. 2. variar. cap. 12. num. 5. Menoch. de arbitrat. judic. lib. 1. quæst. 7. num. 13. & alii per nos inferius allegati. latè diximus supra 2. p. cap. 8. ante fin. versic. similiter clausula (suo libero arbitrio. &c.) à num. 119.

Cum libera facultas. & arbitrium dici non possit. quod ab alio dependentem habet. cum illud hæc di. 24. dictio (liberè) importet. scilicet. fin. alterius consilii. consensu. interventu. requisitione. seu interventione. vel aliis. ita optimè & exactè per Tiraquellum in l. si unquam in verbo revertatur n. 383. & Bald. in c. 1. n. 6. de reslit. dicit. quod importat voluntatem absolu. tam. ut post Bart. Alexander. contra alios consulit. Ro. land. à Valle consil. 61. n. 18. volum. 1. Aymon. consil. 322. n. 5. Ruin. consil. 18. n. 6. & consil. 84. num. 9. lib. 1. & haec 26. dictio. liberam denotat potestatem faciendo actum sua sponte. alterius voluntate non requisita cap. 1. de res. script. juncta gl. verbo. ut libere cap. 2. in fin. de res. script. lib. 6. cle. 2. ubi gl. verbo liberè. & Doctores de jure patr.

li 4 &

380 De Regia Protect. vi oppress. appell.

Et in cle. dudum §. si verò in verbo ibere, de seputuris, Iac. Aret. conf. 59. in fin. lib. 3. Decius conf. 36. num. 3. Socio. senior conf. 13. n. fin. lib. 1. Gozad. confil. 58. n. 2. Curius junior conf. 2. n. 3. Cagliad. eccl. 3. sub num. 2. de privilegiis, & n. 4. in fin. Caputq. decif. 297. n. 5. & 6. part. 1. Meres tr. & de majorat. 1. part. quas. n. 127. in notarii impressione.
 27 Tertio, & magis in hac specie hæc pars probatur, quia in hac dictio, seu determinatio (libere) idem importat & significat, scilicet appellatione, & præscriptio ne non oblitio, ita ut ibi apponitur, appellationem impedit, cap. in pinc. & i. & il. mirabilis, verbo liberè, de conf. 6. Sequitur Hieron. Gonzal. in regul. de men. & alter. gl. 53. n. 11. & idem tenet Butrius & Mol. in c. irrefragabili imprim. de off. ordinari, dum per text. ibi dicunt, quid quando committitur aliquid causa liberè expedita, & terminata, intelligent appellatione remota, cum dicta verba id importent, Philip. Franch. in rubr. de app. fol. 2. col. 1. in fin. vers. sed quid si committatur, ubi videatur, hanc doctrinam voluisse tempore, per illum text. in d. c. irrefragabili, ut scilicet non procedat, quando ad eis justa causa, & ratio appellandi, quod & ego admitto, quando ratio appellandi est in promptu, secundum ea quæ latè dicimus infra bac. 3. p. cap. 9. non alter, per ea que hic dicuntur. Plorimus etiam Doctores in terminis congelamus supra 2. p. 8. à num. 11. 5. vers. altera clausula erit nempe (libere procedatur) afferentes per eam sublatam intelligi appellationem: facit quod per Antonium in cap. 1. in 1. colum. de scriptis, notat Joan. Anton. de S. Georgio in cap. tua nobis num. 8. vers. 1. septimo fallit, dicit, quod quando Papa dedisset in rescripto privilegium alter, ut possit in causa liberè appellare, poterit illi etiam tertio provocare contra text. in l. i. v. Cine iaceat tertio prov. &c.
 31 quia talis dictio taliter inducit libertatem, quæ nec jure, nec ratione, nec aequitate aliqua regulatur Socio. confil. 170. num. 8. lib. 2. Ménoch. de arbitriis lib. 1. q. 70. num. 52.
 32 Et fortius illo redditum hoc fundamentum, quoniam quando contradicatio in aliqua dispositione removetur, ibi pariter & appellatione remota censetur, ita eleganter post Decium, & alios concludit Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. 12. limit. 8. n. 4. & 5. Gonz. ubi proximè gl. 9. in annot. n. 2. 8. & nos d. c. 8. à n. 107. fed 33 sic est, quid per hanc dictiōnēm (libere) in dispositione prolata, excluditur omnis contradicatio & impedimentum secundum gl. in cap. ordinari, per illum text. verbo liberè de off. ordinari lib. 6. Barbatia in tr. de pra. 34 fianta Cardinal. 1. p. 3. n. 24 ergo evidenter appetat in nostro cauſa prædicta iura concessione ordinario facultatem liberam providens, & conferendi beneficium vacans ipso iure per promotionem ad aliud, censetur 35 prohibitam appellationem quoad suspenſivum saltim, quia sine contradictione actum celebrat, qui potest facere liberè, Calcanus confil. 3. n. 8. Gozad. conf. 47. num. 9. lib. 1. Menoch. de arbitriis lib. 1. q. 7. n. 34. cum sequentibus.
 36 Quartu& pro hac parte, nostraque opinione fortior faciunt verba specialia, quibus iura in hac materia loquuntur, utuntur, respiciunt possessionem privati & executionem demonstrant, prout text. in c. de multa, ibi, tenetur illico de præbendis, & dignitatibus, text. in extravaganti exercitabili, vers. qui verò de præbendis, & dignitatib. ibi, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos sterter, &c. absque mora dispendio, &c.
 37 Et eisdem terminis utuntur, & loquuntur Doctores, ut est videtur per Abbatem in cap. quia novilli num. 4. de cler. non residen. & ali pluriū relati à Nicolao Garciā de beneficiis. 2. tom. 12. p. 1. c. 5. n. 36. & 37. sed quando res morat, nec dilationem recipit, appellatione intelligitur exclusa, tanquam dilationi clausum præstans, text. in l. fin. ff. de appellationib. recipiendi, cum etiam per vert. hujusmodi

Pars III. Cap. VII.

381

48 hujusmodi dictiones debent intelligi cum temperamento ratione subjectæ materiæ, per Tiraquell. Ménochium & alios quod verum est. Sed inferunt ex ea doctrina intelligi eo modo, ut non excludant appellationem, sed statim quod de jure fieri potest executionem mandetur; scilicet, vel post decem dies datos ad appellandum, aut si non appelletur, vel alias, transeat in rem judicatum.
 49 Sed in fallor., isti viri ex eorum ratione convincuntur, etenim fatentur, illas dictiones (statim, mox, illico, &c.) intelligi cum temporis intervallo, & temperamento secundum subjectam materiam, ut scilicet non statim, ut late sit sententia; exceptuenda sit: sed quod juris termini sint expectandi, & solemnitates, ci-
tatione que necessarij præcedere debent, & ea omnia, quia in hujusmodi judicio executivo requiruntur, non omittantur; & sic non est expectandum, ut appellatio non interponatur, & sententia transeat in rem judicatum, qua hujusmodi exemplificatio illius doctrinæ potius est mutare, & tollere substantiam illarum dictiōnum, quam tempus secundum subjectum materiam designare. Etenim postquam sententia transit in rem judicatum, nullæ expectantur dictiones illæ; cum de per se juris dispositione mereantur executionem, quo calu-
niū specialitatis, & virtutis continent dictæ dictiones; itaque omnimodo debent intelligi, ut aliquid operentur ultra ius commune, maxime cui sui natura & propria significatione celeritatem desiderat, ex Doctrina bus citatis.
 50 Et haec nostra interpretatio contra dictos Doctores evidenter probatur, etenim executoriales, quibus ita-
mentum parendum est licet hac partio statim facienda, debeat civilitate intelligi; & cum aliquo temperamento, juxta text. in l. quod dicimus, 2. de solutio. Doctores in c. quod consil. de re jud. Mand. for. 20. c. omnis. q. 8. in verb. executoriales. Grat. discep. for. 1. tom. 1. d. c. 41. n. 13.
 51 (prout pariter de dictis dictiōnibus diximus) tamen hoc temperamentum respectu temporis, non autem appella-
tionem, cum ab executorialium executione non admittantur esse, certum sit, & probabimis latius infra 4. p. c. 1. & ferè per tot. c. eu. 4. p. quia tunc foret alterare substantiam rei, quod fatendum non est, & sic evidenter convicti apparent Gonzal. & Gratian. susmet rationibus, cum in ipsis retrocurgantur, & redeundo ad nostram principalem questionem, quæ ulterius corroboratur.
 52 Quintu& pro hac nostra parte facit, quod in termini consiluit Gutier. in conf. 10. n. 8. cum seqq. ubi dicit; quod sententia ordinari ad petitionem promotoris fiscalis, lata super declaratione coiudicium beneficium; scilicet, id vacasse per obtentionem alterius incompatibilis, ex gratia sue Sanctitatis & virtute bullarum Apo-
stolicarum, mandansque fieri provisionem ejusdem est exequenda non obstante appellatione, interposita à de-
tentatore utriusque, immo plus dicit; quid cum suprema Valisfoliana cancellaria adita fuisset per viam vio-
lentia, ut judici Ecclesiastico præciparet appellatione deferre, innovataque reponere, cujus processus & causa via per tribunal illud, declaratum fuisse; ordinarium Ecclesiasticum vim nullam fecisse, haud deferrerent appellationi prædicti, ab ejus sententia interposita, immo causa iterum sibi remissa est, de qua quidem testatur ipse, quid decretum in tribunalibus his in casibus frequenter videmus: & in sui comprobationem nonnulla fundamenta adduxit Joan. Gutier. in d. conf. 10. non tamē ex his, quæ nos, ubi etiam alii pro contrario con-
sideratis satisfacit.
 53 Et cum ea sit natura, ac propria significatio hujus-
verbi præmitto, scilicet, ante mittere, & præmissus, a. ū. seu præmissi, in plur. ea quæ autem mittuntur, ut explicat Calepinus super hoc participio, quod & eviden-
tiū probatur, nam quando in supplicatione post narrati-
vum plurim delictorum, puta: appositæ est clausula la (si de præmissis consiliter, &c.) nec addantur illa verba (seu altero eorum, &c.) non sufficit unum de-
liatum verificare, sed omnia narrata verificanda sunt: cum illa clausula (de præmissis, &c.) ad omnia & singu-
la præcedentia de necessitate referantur ita probat Sta-
phileus de signatura justitia, §. & primo si endum, n. 22. Sarnerius in reg. de fabrogandis q. 7. vers. item sciendum. Et in finis resolutum in una Oseen. Archidiaconatus 19. Orob. 1601. coram Horatio Cardin. Lancel. testatur Maresc. var. resol. lib. 2. c. 1. n. 6. & quid hæc dictio (præmissa) sit repetitiva præcedentium omnium, docet Alex. conf. 163. diligenter n. 8. in verbo non obstat se-
cundum lib. 6. Care. Tschus præf. concl. 1. tom. lters. C. conclusa

382 De Regia Protect. vi oppress. appell.

concl. 290. n.2. & ad omnia præcedentia refertur Alex. de Nevo. in rubr. de spon. & matr. n.3. Alex. Moneta, in tr. de conserv. jud. c.7. sub n.607.

- 63 Prout etiam de dictione (supradictis) quæ refringit dispositionem ad superiora, proinde ac si specialiter essent repetita. Ripa in l. filius familia. §. dici n.3. de legat. i. Anton. Gabriel. ii. de fiduciis commiss. concl. 3. num. 9. Marescot. variar. regol. lib. 1. c.5. n.7. idem etiam, & pariter dicimus de dictione, seu adjicatio (hujusmodi) quæ præcedentia cum omnibus suis qualitatibus repeatit, gl. in c. si Abbatem, de elec. in 6. Cornues concl. 97. u. 8. lib. 4. Parifus cons. 52. n.3. lib. 3. Marescot. lib. 2. c.77. n.27. & ad ea clausula generalis sequens est referenda, & ita responderetur.
- 64 Maximè & hoc attende, quod ex Bulla Domini nostri Sandi Pii IV. Pontificis Maximi edita in confirmatione Concilii Tridentini ad calcem eius, scilicet fol. mibi 387. quæ postquam omnia, & singula decreta ejus confirmavit, mandavitque observari, & commendat omnibus peritos cuiuscumque status; ut illi faciant fervari, & custodiare appellatione postposita, ut constat ex eadem Bulla ad medium.

Quibus sic suppositis, & præhabitis; restat respondere fundatis pro contraria parte, & opinione ad ductis, consideratique. Nec obstat primum, quod diximus: pœnas ipso jure in postis requiri sententiam declaratoriorum præmissæ causa cognitione, & ideo appellatione permisam censeri, quia responderetur: quod ultra id, quod hoc habeat, contineatque difficultatem ex his, quæ supra diximus in primo fundamento pro nostra opinione a. n.7.

- 65 Tamen magis in specie respondentium est: ut illud argumentum, & D.D. citati loquuntur; quando beneficium vacat ipso jure ob pœnam aliquas facti; & ut puta ob non residentiam beneficium curati, tunc ex magis communis requiri declaratoria sententia prævia citatione, seu monitione, & causa cognitione ut est videare ex his, quæ longa manu congettūt. Ojeda de Mendoza, de beneficiis incompatibil. 1. part. cap. 18. à n.11. cum seqq. at nos sumus in diverso casu, quando scilicet primum beneficium vacavit per actionem pacificam secundi beneficii, non ex pœna, sed ex dispositione, & effectu juris, id justis de causis, & rationibus distantib. motu quod est multum diversum, & separatum.

- 66 Et ratio diversitatibus in hoc consistit, quoniam quando quis est promotus ad aliud beneficium incompatibile, & illius possessionem pacificam amplectitur, posseidetque quiete: censetur renuntiare voluntate propriæ, & verè omnibus beneficiis ante habitis, ab illo possessor, juxta text. in c. cum in cunctis de electione, lib. 6. in §. cum verò, at verò quando quis amittit beneficium ipso jure propter Ojedam de benef. incompatib. 1. p. cap. 18. num. 23.

- Et prefatam solutionem ad argumentum, libet exemplis & doctrinis comprobare. Ecce à pœna excommunicationis lata ipso jure non licet appellare; & declaratoria tamen aliquem in eam incidisse, liber regulariter quoad utrumque effectum, exactè per Navarrum in repetitione c. cum conting. 1. 5. null. causa fol. mibi 152. at si illa declaratoria sententia cadat su. er excommunicationem in negotio executive, puta super executionem obligationis Cameralis, aut guarentig. at, aut bullarum, pensionis, & similium, tunc appellatione non suspendit, ab illa interposita, quemadmodum nec ab executione, quia regulariter declaratoria secundum naturam, & qualitatem negotii, cui adhaeret, ita elegans Nicol. Garcia in tr. de benef. 1. p. c. 5. n. 86. per quam, & nos ita resolvimus supra bac 3. p. c. 3. ad fin. & 2. p. c. 3. à n. 12. cum seqq. & à princ.

- Secundum si exemplum; à pœna legis, vel canonis 72 non licet appellare, l. si qua pœna, si de verbis signis. cap. quas nas, de appell. a declaratione tamen aliquem illam

quentia, ex specialibus rationibus in eo vigentibus statim dicam.

Pars III. Cap. VII.

383

illam incidisse; est regulariter licita quoad utrumque secundum magis communem, gl. in c. cipientes, verb. prius in vers. si autem de electione lib. 6. Curius jun. in l. uni. 4. ff. Si quis jus de ea non obtinet, & plures con-gellii Boba, in polit. ap. 3. lib. c. 8. n. 276. & nos lugra in leendo sententia entro contraria pars.

73 Quod si declaratus est convictus, & confessus, tunc eius appellatione deferendum non est, quia convictus & coetus de criminis non appellatur, l. obseruare, c. quorum appellat. non recip. l. constitutus ff. de appellat. vel quando erit in eis notorium, &c. ecce quomodo declaratoria sententia regulat secundum naturam causus, qui accedit; ita ut si interponatur super causam inappellabili sui natura, inappellabilis pariter & necessaria sit.

74 Tertiū sit nostræ solutionis, & doctrinae exemplum, quo apparetur simul falsofactio ultimo arguemento, in d. & omnibus pro contraria parte confideratur; abfus à i. beneficii munus, & contumax plectitur pœna privatione ejusdem ob non residentiam; ad ejus tamen executionem requiritur declaratoria cum citatione beneficii, & causa cognitione, & diffinitiva sententia, ut superiora diximus, & est videtur ex his quæ latè per Ojedam de beneficio incompat. 1. p. cap. 18. & 21. & præcipue a n. 20. ita ut erit nulla, & attentata sententia, & privatio seu pœna executio; si absque dicta citatione fiat, cognitione de causa, ut etiam dicit Flores de Mena in prat. q. 13. n. 26. alios allegans, cu-jus meminimus supra in 3. fundamento contraria pars, à declaratoria tamen sententia hujusmodi appellatione emulsi minimè deferendum esse, probantura expressa, text. in c. relatum text. in c. conseruente, de clericis non residentib. text. in c. perservent. el 2. de appell. Concil. Trid. sef 23. de reform. c. 1. & que nos exactè diximus supra p. c. 15. à princ. ubi hic articulus & sequens explicatur cum distinctione.

Et ad hoc reducendus est ipse Flores in illo 3. arguimento, & glossa pragmatice per eum citata loquentes, quando ordinarius compellit suum subditum ad residentiam beneficii, quia tunc ita proceditur contra ipsum; quando ad privationem ejusdem proceditur. & tunc appellatione admittitur modo prædicto, & à nobis latius in d. c. 15. & tunc bene dicit ipse Flores de Mena, quod in tribunib. declaratur, vim fieri, quando contra clericum hujusmodi actum est sine cognitione cause, & citatione, quod requiritur, ut dictum est, in tunc frequenter folet dari tertium genus violen-tiae, nempe, que oyendole de nuevo, y reponiendo lo hecho, no heze fuerz, y se lo remite, y no lo haziendo la haze, e response, &c.

Et hoc jure utimur, non tamen ipsa glossa pragmatice, & ipse Flores agunt in nostro casu; scilicet quantum ordinarius tractat de auferendo, & amovendo ejus possessionem beneficii incompatibili, vacantis ipso jure per obtentionem secundi, qui ex casu longe a nostro diversus, ut supra diximus, licet in utroque admittatur minimè appellatione diversis respectibus, & specialibus rationibus consideratis, quoniam aliud est amovere beneficium ex capite non residentiae, aliud au-tem amovere ex capite vacationis ipso jure, pro ob-tentione secundi incompatibili, ut videtur est ex Ojeda de beneficio incompat. 1. p. c. 9. n. 5. & rationem tradidimus differentem supra, & in primo capite non admittitur appellatione, cum distinctione tamen, de qua per nos supra 2. p. d. 15.

Unum tamen, & necessarium rei de qua agimus, ad majorem declarationem non omittam: que scilicet beneficia vacare dicantur ipso jure per pacificam posse-sionem adeptam secundo. In quo brevissime affi-mo, quod quidquid sit de jure communi, hodie tam-en ex dispositione noviori Concilii Trid. docemur, in omnibus beneficiis, etiam simplicibus, de jure sui

natura, vel quomodolibet residentiam requiriendos, vacare primum ipso jure, per ob-tentionem secundi ut conflat ex concilio Trid. decret. 7. de reformatione 6. 4. Et hoc inter Doctores graves ut difficultas circa dictum decretum Concilii: an etiam beneficia impu-cia juxta illud vacant ipso jure, eti residentiam requirant, & in variis tenaciterias non est sententias, liquide Navarr. conf. 17. de præbend. Dueñas E. c. 1. p. 1. lib. 4. a. 9. 120. Flamin. Paris. de regia. beneſ. lib. 3. q. 1. a. 3. 2. Zelchus de repub. Ecclesiast. de venientia lib. 3. quæst. 1. n. 4. vers. in secundo capite, & ver. 1. a. arguendo in fun. scripturam post Trid. & Flores de Mena in p. c. quæst. 9. 3. n. 15. & seqq. & quæst. 3. n. 59. Mar-cus Anton. Genual. in præb. Archiepiscop. Neapo-litan. c. 62. n. 4. & 5. Profper. de Auguit. ad summum Bullari. Quar. verb. beneficiorum 6. causa affirmantes (sicet aliquod tardipe) beneficia simplicia per Concilium non vacare ipso jure, quantumvis residentiam requiriunt, sed idem sit hodie, quod de jure communi cauunt per c. de multa, de præbend. & alia jura de hoc loquentia.

Sed contraria sententiam, in d. quod hodie novio-81 ri dispositione Concilii Trid. d. cap. 4. innovatum sit jus commune & extendatur ad omnia beneficia impli-cia, residentiam de necessitate requirentia, tanquam incompatibilitate vacare ipso jure, defendit Ojeda de benefi-ciorum incompat. 1. p. c. 9. n. 5. dicens quod text. in d. c. de multa, inducens vacationem ipso jure, in dignitatibus, & perfonibus extenderit ex dicto decreto Concilii, ad quæcumque beneficia incompatibilia, prout sunt residentiam requirentia. Idem dicit c. 11. in fin. Gutier. cons. 10. n. 3. & 4. Zelchus in tral. de benef. & pensione. 5. sub n. 4. tenet idem ex declaratione sacre Congregatio-nis, determinavit Rota in dec. 483. p. 1. diver. pluries etiam ita declaravit fonda Concilii congregatio, qua-ram duas refert Hieron. Gonzal. in regul. de mensib. & alter. gl. 1. 5. n. 16. & seqq. indubitanter tenendum esse, 82 sit, quod in beneficiis, etiam simplicibus residentiam requirentibus, primum vacat ipso jure, per affectionem secundi, quando residentis est præcisa, & obligatoria, secus si cautiva respectu emissionis fructuum, aut non continua, sed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatibile, sed id de resi-dentia ad certum tempus accipendum est, quando in eodem tempore non concurredit residentia, seu ser-vitium alterius beneficii.

Hanc etiam novissime opinionem tenet Vicamesius, con. 233. num. ultim. ubi aliam declarationem ad idem adducit, sequitur etiam novissime Leonar. Lessius de just. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 144. eandem etiam tenet Azor. 2. p. lib. 6. c. 13. q. 2. 4. 5. 7. & 8. & eandem etiam sententiam sequitur, & pluribus defendit Nicolaus Garciæ de benef. 2. tom. 11. p. c. 3. à num. 78. cum multis sequentibus, ubi ita plures censuissent sanctam Congre-gationem, cuius plurimas declarationes ad Concilium Tridentinum editas, ad literam refert hoc ita dicentes, & interpretantes, ut est videtur in num. 84. ubi quinque adducit, aliam sub n. 7. ad fin. & alias usque ad n. 91. ubi dicit hanc sententiam, & interpretationem Concili-ii esse veram, satisque ei conformem, ubi in comprobatione aliqua adducit, & in d. num. 86. dicit hanc sententiam receptissimam esse, testaturque eam ita practicari in dataria, & in Cancelleria Apostolica & pariter teneri a Rota.

Et adverte, quod Navarrus relatus pro contraria, 84 non abfoluit eam sequitur, & defendit: sed dicit, quod nisi authoritas sanctæ Congregationis Concilii eum in contraria sententiam traheret; putaret respondentem esse negativæ, scilicet; Concilium Trident. idem disponebat, & nihil innovasse jus commune, sed pariter ac in illud etiam hodie beneficia simplicia incompatibili residentiam requirentia, non vacare ipso jure.

Et sic tacitè intelligitur ipsum in ea non perseverasse, cum in nostram trahat (ut ipse dicit) autoritas sanctæ congregationis, nostram exp̄s̄e approbant; quam literanter citat Nicol. Garcia ubi proxime n. 84: quod & ipse Navar. exp̄s̄e fatetur.

85 Sed non possunt non mirari tantorum virorum, aduersus hanc tenetum, voluntatiq; cavillari, & offuscare verba admodum clara Concilii Trid. s. f. 7. de reform. cap. 4. quæ nullum dubium profecto accipiunt, ea autem sunt; Quicunque de cetero plura curata, aut alijs incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, sive commendare perpetue; aut alio quicunque nomine, citato, contra formam confirmationis Innocentij III. quæ incipit. *De mulia*, recipere, ac simul retinere, præsumperit, beneficia ipsius juxta ipsius constitutionis dispositio- nem ipso jure, etiam præsentis canonis vigore privatus ex flat. &c. Vides quām clara verba sunt, quamque inadvertenter moti sunt Doctorum prælatorum frequentes antiqui, communis juris negligia, & audiendi non sunt.

86 His & vices aliquos grossi ingenii literatos, qui vulgo existimant aliquid decretum Concilii Trident. s. f. 24. de reform. c. 17. quo determinatur, quod obtinet plures parochiales, una retenta (alas infra spatum sex meorum dimittere teneantur, &c.) huic esse contraria deducentes ex eo, quod in omnibus beneficiis incompatibilitus non dari vacationem ipso jure, eum in beneficiis curatis; sed imò in eis ex nova hac Concilii dispositione posse habere sex menses ad optandum, & ei gendum, dimittendumque, quod voluerunt, & evidenter falluntur ignari prædicti Decreti 4. de quo sup. quod in hoc disponit (diximus) vacare ipso jure: nec ei hoc contrarium est, nec esse potest: siquidem loquuntur dumtaxat, & disponit circa posse pluri beneficiorum tunc tempore; scilicet, illius decreti, ut infra dictos sex menses eligant: non tamen disponit, nec procedit in impostero obtinente, scilicet, post Concilium Trident, de quibus & sic d. c. 17. disponit de tempore præsenti, & præterito, usque ad eum editionem, & promulgationem, ut ex ejusdem verbis evidenter appetat, ut verò editum cap. 4. à tempore futuro, quod & ita bene advertit Nicol. Garcia in tr. de beneficiis tom. 2. c. 5. & 78. dicit (ita esse accipiemus quod tradunt) Salzedus in edit. ad Bernard. Diaz. in præl. crim. c. 48. lit. C. Manuél. Rodrig. in Summa c. 31. n. 4. Vega i. p. c. 36. casu 24. Petrus Ledesma 2. p. Summa tr. 7. c. 2. 12. conclus. 6. d. f. qui satis confitetur loquuntur.

87 Alias autem quæsiones, quæ materiam incompatibilitatem beneficiorum attingunt, & concernunt, ad longum poteris videre, confundite integrum, ac egregium etiam tractatum per Oedam de Mendoza, qui scripsit de benef. incompt. ad longum. Multas etiam celebres quæsiones, ubi multa in præi contingentiæ, necessaria conduxit noviori etiam jure inducta, corroborata, ac illustrata plurimis decisionibus Rota novissimis, ac declarationibus Cardinalium, in explicacionem decretorum Concilii Tridentini editas, vide poteris apud Nicolaum Garcia de benef. d. f. 11. p. cap. 5. per omnes suos paragraphos tom. 2. apud quos ceteri de materia tractantes citantur, quas quidem libenter omitti, quia ad meum institutum non pertinent, nec conducuntur.

A sententia, qua quis suspenditur, privaturve officio, vel à nominatione muneric, auctoritate, utilitate publici, sive auctoritate tantum, appellacioni interjectæ Regia curia deferri, an mandabit.

SUMMARIUM.

- 1 A suspensione & interdicto officii aut beneficii resci- ence temporalitatem licita est regulariter appellatio, ac interim suspensio potest illius usum continuare.
- 2 Notarii Ecclesiastici etiam Apostolici imperit, aut delinquentes repetitiously per ordinarium perpetuot vel ad tempus suspendi ab officio non obstante appellacione. Concilii Trid. s. f. 22. de reform. c. 10. verba expen- duntur ibid.
- 3 Sententia lata contra quælibet Ministros iustitiae, ju- re, Tabelliones, Alguaziles, executores, &c. ob va- riariam, vel excusum tamē generis exercitum of- ficii exequitur appellatio non obstante.
- 4 Quid intelligitur, quando a judice cui subjunt con- demnatur ex ratione ibi.
- 5 Officiales minores, ut Alguazili incorrigibilis excessus committentes, per se etiam judice statim ex eli- li, & manuus sine lite, & appellatio, sed libere.
- 6 Officiales tunc prohibita est appellatio, quando con- demnatur pro delicto commesso in administratione officii, & a proprio judice.
- 7 Officiales delinquenti extra officium captus ab una Curia remissiuntur ex urbe state ad curiam superiorum in cuius est deinceps en ipso.
- 8 Concilii Trid. decretum s. f. 24. de reform. c. 20. dis- ponens de suspenderendo multando Notario non exhibente auctoriam copiam appellanti, explanatori, ne intelligatur appellatio non obstante, cum sit delictum turgentis officii administrationem.
- 9 Officiales suspensi vel privatus officii administratione in Syndicatu tenua exequitur appellatio non obstante.
- 10 Sententia lata in Syndicatu contra officiales iure Re- gio quomodo exequatur appellatio pendente re- misse.
- 11 Judices Ecclesiastici liberè possunt punire suos officia- les laicos de inquietus in officiarium administratione.
- 12 Episcopos Vicarium, Castellanus castelli qui substitu- rum, iudex sum locum tenetum quando posse libe- rem amovere cum causa, vel absque illa, vel quan- do non revocare juravit, rem fixe.
- 13 Officiales & beneficia ad quoniam ameabilis, quando sine causa possint tolli, remissive.
- 14 Notarius semel electum per judicium ad aliquod negotium, non poterit iudex sine causa removere ne- que ad finem, sius neg. iii.
- 15 Notarius duobus electis si unus operit actu alicuius negotii scriberet, alius deinceps non poterit se intro- mittere, nisi impedito primo.
- 16 Instrumentum & alia relata conductientia ad item, quæ traclot coram uno Notario non sufficiunt coram alio Notario, etiam ejusdem judicis & tribunalis pre- sente & producere.
- 17 Electus & nominatus ad officium seu munus publicum utilitate & auctoritate, si habens excusationem intra terminum ad appellandum ex opposita, non pro- vocet, videtur electioni consentire, & amplius non auditur appellans.
- 18 Ceterum est ab Scaccia indistincte esse ap- pellandum intra decem dies à nominatione muneric utilitate & auctoritate publici quia hoc pendet à ju- stificatione excusationis proposita intra illud tempus.

19 Ab

nen ordinarii suspendat, &c. tenet Barbof. in remiss. ad d. n. 10. super illis verbis, nec eorum appell. & Avent. Azeved. in l. 2. n. 18. iii. 7. lib. 3. recip. pag. 385.

Quod quidem, & generaliter verum est, & obtinet iure communis in ceteris iudicis officialibus, alguaze- lis, birroariis, executoribus, tabellionibus, & alijs mi- nistris; qui si a judice condemnatur ob excellam, vio- lentiam, varatariam, vel quodvis aliud delictum, com- missum in suorum officiorum administratione; non audiantur appellantes, immo appellatio non obstante, sententiam, & eis poenam executioni licite mandari, desiderat nulli officiis C. quorum app. non recip. ibi: Nulli officiis a sententia proprii judicis provoca- tio tributar, nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili super patrimonio fortè apud proprium judicem inchoaverit, faciet ut in eo tantum negotio a senten- tia eius, cui pater, judicis, quisque velut officialis ap- peler, &c. prout etiam text. in c. si quis appellat, alias, ei qui §. nulli quoque officiis 2. quæst. 6. ubi haec lex canonicata est, ubi glo. verbo officiis, intelligit dicam legem, quando a proprio judice ejusdem officiis damnatur, quam referens sequitur additio ad glo. verb. nulli, d. 1. nulli officiis, reddentes ratio- nem, cum verisimile non sit, ut talis judex ferat contra eum sententiam, nisi clare reperisset delictum: & eandem iurum dispositionem probat optimè Specu- latore (loquendo in tabellione, & execute, quibus condemnatis ob malam administrationem officiorum, negandam appellacionem) l. 2. iii. de app. §. in quibus num. 4. optimè Bald. Salicet. & Paulus de Castro in d. l. nulli, ubi Bart. in fin. optimè exacte. Avileius in capi- p. 10. verb. appelle, fol. 206. Rebuff. in com- ment. 3. part. tract. de app. art. 8. glo. 2. num. 1. 3. quam intelligenti in proprio judice, prout intellexis glo. in d. §. nulli quoque, & Angel. in d. c. nulli. Amadeus in tr. id. syndicatu, n. 36. fol. 72. Puteus in eodem tract. de syndicatu, verb. app. c. 1. n. 16. & sequent. fol. 118. Bobadilla in polit. lib. 1. c. 12. n. 62. & supra, & idem Bobadilla. in lib. 2. c. 17. n. 48. ad f. & idemmet eadem lib. 1. c. 13. n. 37. ubi probat officiales inferiores (prout sunt Alguazeli) incorrigibilis excessus committentes, posse a judicibus statim, & absque dilatatione manumiti, & expelli, quia cum in horum punitione plures sint a jure specialitatis, ut possint amoveri officia absque respectu aliquo, processu, nec appellatio, li- berè judicii hoc libert, ut cescent impostorum scandala & delicta.

Et quod intellige, prout praecitati, & citandi Doc- tores communiter intelligunt; ut procedat d. l. nulli in prohibitione appellacionis, quando officialis dam- natur a suo proprio judice, & pro delictis commissis in officio, a probat d. l. ibi, à sententia proprii judicis, &c. latè resolvit & optimè Prosper. Farinac. in tract. crim. 3. tom. q. 101. à n. 83. cum seq. ubi n. 86. postquam ex alii referit particularem potestatem judicum in suis officialibus puniendis; dicti ex urbanitate officiis delinquentem extra officium captum ab una Curia, remitti solere ad Curiam superiorum officialis, prout testatur de urbe Romana; quod nota ad officiales su- premorum tribunalium, ut etiam delinquentes extra officiorum administrationem, judices ordinarii inferiori- res hos debent remittere ad tribunalia suprema, & ab eorum cognitione se abstinerre, ut debitus honos def- ratur.

Ex quibus inferre poteris ad facr. Cone. Trid. s. f. 24. de reform. c. 20. ad f. ver. qui notarium, dum dicit: Por- rò ipsum auctorum copiam teneatur notarius (congrua mercede accepta) appellanti quantum citius, & ad minus intra mensem exhibere, qui notarius si in differen- da exhibitione fraudem fecerit, ab officiis administra- tionis arbitrio ordinarii suspendatur, & ad duplum poenam, quanti ea lis fuerit inter appellacionem, & Salgado de Protec. Reg. K pauperes

pauperes laici, distribuendam, compellatur, &c. ut intelligatur hujus p[ro]t[er]e apposito appellatione remota, cum delictum tangat malam offici administrationem ex Doctoribus relatis, & indicat illud verbum (compellatur) quo Triduitur, quod pertinet ad executionem, ut latè nos lib. 2. c. de deposito, quod est 16. à n. 71. cum seqq.

Quibus quidem convenit, quod officialis suspensus, vel privatus officii administratione, vel alias quoque modo condemnatus in Syndicatu, non potest appellatione pendente officio uti, cum pena, in tali judicio illata, executione mittatur ea non obstante, ut ideo ordinarius denegans delationem, violenter iam nullam committet, tenet Maranta de ord. iud. tit. de appell. n. 193. Petrus Dueñas in regul. 42. num. 20. fundatur uterque non in jure commun[i], sed in regis quibusdam constitutionibus, ab eisdem citatis. Sed quod idem omni dicendum de jure commun[i], scribit Speculator in tit. de appell. §. in quibus vers. 2. lib. 2. In l. quia juris d[icitu]r. col. 3. Angel. & ceteri in l. nulli, C. quorū um appel. non recip. Paridis Puteo in tract. de syndicatu, verbo, appellatione, & verbo, syndicatus, & verbo, à sententia lata fol. 4. & 17. Lancel. Robert. de atten. 2. p. c. 12. limit. 10. per totam, Mansfeld. lib. 2. præl. concil. super atten. concil. 128. & seqq. & iterum con. 173. M[on]derus in annot. ad Egidium n. 195. & sic pariter in syndicatu ab officiali damnato appellationi interjecte non deferens ordinariis vim non facit, licet in hoc Regno Hispanie officialibus secularibus damnatis per syndicatum certo modo, & non absolute, eis est prohibita appellatio uti videre per adducta latè ab Avilelio in capitib. prætor. c. 10. à num. 2. cum seqq. fol. mibi 296. Bobadil. in polit. lib. 5. c. 1. à n. 191. cum seqq. & latissime hoc examinans probat ex multis aliis Propter Farinac. præl. crim. 3. tom. quæst. 101. c. 1. à n. 89. cum seqq.

Et quoad supradicta adverte, quod Episcopus, & judex Ecclesiasticus liberè potest punire, & castigare fūtos notarios, Alguzelos, officiales, aliosque ministros, & officiales laicos, delinquentes in suis officiis, ut expressè dicit S. Concil. Trid. sciss. 22. de reform. c. 10. ubi imperiali, aut Regia autoritate creati fuerint, &c.) probant Aufierius in tract. de potest. Ecclesiast. super Laico, num. 19. Bald. in l. 2. C. de sportu, & in c. cum parisi, ibi Præpositus de appell. Puteus de syndic. verbo, officialis, c. 1. num. 3. fol. 247. Tiberius Decian. in tract. crim. 1. tom. lib. 4. c. 10. n. 3. vers. septimo arguendo. d. §. si quis Bobad. in polit. lib. 2. c. 77. n. 48. Parlard. in suis quicunque diff. 9. §. 1. num. 28. allegans Bald. ei ceteri annuntiantur, in l. nullis, C. de testib. & probatur arg. l. 1. c. de off. magist. militum, i. officium, f. de re milit. si quis forte, §. si quer. ff. de panis, aut. de mandatis. Principum, §. quod si delinquentes.

Et an & quando Episcopus Vicarium, Castellanum Castellitentem, vel iudex sui substitutum, vel locumtenentem, possit liberè amovere, cum causa, vel absque illa, vel quid, quando, id non facere juravunt, vide Bald. & Alber. in l. s. i. Dominus ff. de usu & habitatione, & in c. 1. juncia gl. de feudi guard. & gestald. & ibi Bart. Boeri decr. 199. n. 25. glof. in clem. 2. de recipi. verbo, per ele. Domini, in c. 1. de off. vicar. in 6. Ripa in c. 1. n. 44. de judiciis. Rebuff. late in præs. benef. in form. Vicarii lib. 1. à n. 192. Didac. Perez in l. tit. 5. ol. 963. vers. & ista opinio, l. 3. ord. Segura in decessor. jud. 2. p. c. 5. n. 1. fol. 205. Gouraud in templo judicium lib. 2. c. 6. §. 1. de confusis. Vicarii n. 7. fol. 176. Lozares in alleg. pro Marchionie de los Velles, in resp. ad 5. & 6. fund. da. n. 133. Bobad. in polit. lib. 1. c. 16. à num. 9. Anton. Gab. lib. 2. comm. opin. conf. 1. de iur. iur. n. 14. Joan. Gutier. de iur. confir. p. 1. c. 1. n. 89. late etiam Grat. discept. foren. c. 167. de tot. ubi de officiis, & beneficiis c. 1. ff. quomodo & quando appellandum sit, optimus text.

Quam conclusionem, ut limites, velim: quando ipsa nominatio validè facta fuit, secus si nulliter ob 19 non, puta, servatum ordinem, & formam testamentorum, vel ob aliquod aliud defectum: quia tunc tanquam à nulla, non indiget appellari, nec est executione mandata text. est in l. s. i. confus. 12. ff. de appell. ubi glof. verbo super vacua fuit, & Bart. glof. verbo incepserunt in d. i. §. 1. ff. quomodo & quando appellandum sit, optimus text.

in l. nominationes 27. ubi glof. Bart. & Salicet. C. de appellationibus, & in l. veteranis, per text. ibi C. quando provocare non est necesse, ut tunc non defers appellacionem vim facere declarabitur, iuxta traditam à nobis regulam m[er]ita hoc lib. c. 9. ut scilicet, deferatur appellatione, cuius ratio in promptu esse constat, & quod electio seu nominatio ad hoc manus publicum facta de incapace & indigno suspendatur per appellationem, & contradictionem, ut interius ejus executio suspendenda sit, & possessionis itidem traditio, ex pluribus comprobata Boba. in Polit. 1. 3. c. 8. à n. 48. qui quidem à n. 40. cum infinitis seqq. plures questiones resolvit, horum officiorum nominationes tangentes, quibus pertinet, qui sit citandus: & an per electionem indigni priu[er]etur eligens illa vice, & de multis aliis utilibus, & necessariis ibi vide.

21. Et ex superiori dicta resolutione infero ad ea que dicit Nicolaus Garcia de beneficio, tom. 2. g. p. c. 2. num. 378. dum superius à num. 368. disputatione, an examinatoribus ad examen beneficiorum deputatis, iuxta Concil. Trid. sciss. 24. de reform. cap. 18. possit (non obstante prohib. 22. bitione ejusdem Concilii, & Sancta Congregationis super eodem) nihilominus aliquod stipendium, seu merces pro suo labore dari, saltem ex fructibus beneficii; qui postquam negavitam amplexus, dixit in d. n. 378. recte posse examinatores cogi, hoc munus gratias subire, cum sit manus publicum, & à sancto Concilio Trid. inductum, ut faciat ad nostrum propositionem quod si ita nominatus, legitimas excusationes cauas proponens non appellaverit intra tempus à jure concessum appellantis; nequaquam sit imposterior audiendus, sed potius cogendus, nec delationem denegans vim faciet, cum sit manus publicum auctoritate, & utilitate simul.

24. Ut vero quando munus, ad quod aliquis nominatur, seu eligitur, non est publicum auctoritate, & utilitate simul, sed auctoritate tantum (prout est tutela, & cura) quod licet sit publicum quodam auctoritatem, quia convenient reipublica, ut minores tenuerit; tamen utilitas non est publica, sed privata omnimodo, cedens ipsi minori, in cuius communitate principaliter hoc munus inductum est à jure, tunc quidem nominatus ad idem non potest appellare à tali nominatione, & electione, sed tantum ei permititur, ut intra quinquaginta dies suas legitimas, & à jure approbatas excusationes proponat, quas si probatas judex non admiserit, licita est nominatio appellatio; ita probat text. elegans (utrumque distinctionis membrum probans) in l. 2. §. si quis tutor, ff. quando appellans sit, cuius sunt verba: Si quis tutor datus fuerit, vel à testatore, vel à quovis alio, qui jus dandi habet, non oportet eum provocare, hoc enim Divus Marcus efficit; sed intra tempora prædicta excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet. Ceterum summa frustula appellatur: alia causa est eorum, qui ad aliquod minus, vel honorem vocantur: cum dicant, se habere excusationem, nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ; quam si appellationem interposuerint, &c. text. etiam in l. tutores 18. text. in excusatione 3. C. de excusatione, tutor. text. expressus in §. qui autem excusat se volunt non appell. &c. 18. in isti. de excusat. tutor. vel curat. text. in l. scire 15. ibi: Scire oportet, quoniam nec dati tutores, nec testamentari provocare necesse habent, ut ostendit constitutio Divi Veri & Antonii, hoc autem observari oportet, & in datis curatoribus; in paucissim enim distant curatores à tutoribus, adversus denser sententias afferentes eis excusationes, licetnam habeant appellandi, &c. ff. de excusatione, tutorum, l. Caii 18. ff. eodem tit. cap. vi. diu. 2. g. 6. l. 4. titul. 17. p. 6. hanc doctrinam probat Rebuff. de sentent. præs. art. 3. glof. 2. num. 1. tom. 1. fol. 276. & in tractat. de appellatione, articul. 6. glof. 2.

Salgado de Protec[t] Reg.

num. 18. vers. 1. p[ro]ximo, tom. 3. fol. 503. & idem Rebuff. in comment. 4. p[ro] tract. de appell. art. 3. glof. 2. num. 18. Bald. in l. s. i. pater. 4. in fin. num. 4. Cod. si pendente appellatione mort. Marant. in specul. 6. adū 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, num. 324. lim. 20. fol. 516. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 246. glof. 2. Bald. Cyn. Salicet. & alii in locis superius citatis glof. & Doctores in his allegatis legibus, Angel. post glof. 3. & ibi optimè Picard. Minuea acutus, & preceptor meus, in d. §. si quis autem excusat. Speculator. lib. 2. tit. de appell. §. in quibus n. 9.

Hinc venit merito reprobadus Scaccia de appellat. 26 quæst. 17. limit. 33. sub n. 1. dum dicit, quod licet hec doctrina communiter teneatur, illi tamen videtur de vento, cum fatim possit appellare post rejecitam excusationem, sed minus recte, minusque loquitor perire. Etenim non omnes tutores habent legitimas excusationes ad proponendum, vel si habent, omissuntar, vel si proponunt, aliquando non legitimas excusationes ad proponendum habent: sed frivolas, & à jure non approbatas. Quibus casibus omnibus cessat ratio appellat. 27 landi, & sic evidenter appetit jura disponenda, à nominatione muneric utilitate privati, non appellari, non servire de vento, ut putavit Scaccia, quia aliud est, non posse appellari à nominatione, aliud posse appellari à refectione legitimæ excusationis proposita.

Nec his obstat text. in locum in una §. tutor. ff. appell. 28 ubi dicit: tutor pupillo datus si provocet interim pupillo curatos habit, &c. quasi innuere, & suppose revidetur ac ipsa datione, & nominatione sufficere provocatum, quia intelligendus secundum d. §. si quis tutor, & l. scire oportet, cum aliis, ut ab excusationibus non admisis, non autem à nominatione duntaxat appellatum fuerit prout optimè interpretatur, & intelligi per glof. verbo non appellant. in d. §. qui autem excusat. insit. de execut. tut. qui est verus intellectus, qui tupe à refectione justæ excusationis proposita, licet appellari, ex supradictis, quoniam à delato beneficio juris appellationi deferendum est interpolatæ, ut diximus ad propositionem supra lib. 2. c. 1. de interlocut. circa appellat. except. & sic illa verba d. §. tutor si provocet, intelligi necessariò debent, tempore quo potest (terminis habilibus suppositis) quia dispositio de aliquo actu loquens, intelligitur de valido, solemnij, & solemniter celebrato, non putativi, non querivi, de honorum posse. contra tab. latè in c. 9. in fin. bac 3. p. in c. quando ratio appellandi est in promptu, à principio.

C A P U T I X.

Si in judiciis privilegiatis seu alias appellabilius ratio appellandi sit in promptu, appellationi à sententia emissa an judex non defers vim facit: & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur: præcipue in provisione beneficiorum, tam curatorum, quam simplicium.

S U M M A R I U M.

1. Clavis est totius tractatus violentia solemnitatem ac formam omisso, qua inducuntur nullitates, ad quas permissum advocati configuntur, cupientes impeditre executionem, etiam his causis sui natura inappellabilibus.

2. Nullitas aut evidens iniquitas apparet ex alteriorum inspectione dicitur esse in promptu, & notoriè constare, & vide num. 35.

3. Dispositio excludens omnes nullitates, non intelligitur exclusa nullitas notoria, que patet ex aliis.

Kk 2 Et